



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Iudex, qualiter ex officio contra notatos procedere valeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO X.

Ex cons. 10. alias 7. de Maior. & obediens.

10 Episcopus legitime impeditus ad Concilium Provinciale vocatus, per procuratorem se excusare potest; qui etiam Procurator mandatum speciale habens ad decidendum, ab eodem Concilio, si ei placuerit, admitti potest; cap. Cum ecclesia Sutrina, de cau. posses. & propr. non tamen tenetur illum admittere, si non sit vnus ex episcopis suffraganeis inter resistentibus Capitulum, arg. c. si quis iusto, §. porro, de elect. in 6.

DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 12. de Maior. & obed.

11 Rectores parochialium, quae in nullis diocesi sunt, quamuis ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia proximior est, visitari possunt, vt affirmat Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 9. de ref. ad synodum tamen diocesanaum illius Episcopi accedere non tenentur, cum lex superioris, quatenus id commode fieri potest, sine prauidicio tertij intelligenda sit, cap. super eo, de offic. deleg. praesertim cum aliud sit ius visitandi, & aliud ius vocandi ad Synodum adeo vt ex concessione illius, non inferatur concessio huius, a separatis enim non fit illatio. l. Papinianus, ff. de minor. & cap. ad audientiam, de decim. Vnde & Archiepiscopus licet Ecclesias sui suffraganei post visitationem suae propriae diocesis, visitare possit, cap. 1. §. 1. de censibus in 6. eorum tamen Rectores a Synodum suam particularem vocare non potest. Neque enim verba Concilij aptantur vocatori ad Synodum, & dispositio non includit eos, quibus verba sua non aptantur, cap. Indemnitatibus de elect. in 6.

DECISIO XII.

Ex cons. 12. deest in Nouis.

12 Praelatus Regularis, cum suo conuentu, vel Capitulo, dilationem ad profitendum nouitio post annum nouitatus probato a se pro idoneo, aliqua iusta de causa, non obstante Concilij Tridentini sess. 25. cap. 16. de regul. in hac re decreto concedere potest; eo quod olim illud licitum fuit, & in vtu & consuetudine, nec a iure antiquo recessum est per verba Concilij; quod solum statuit, vt superiores statim finito anno nouitatus, eos quos habiles in uenerint, admittant, aut eijciant; non autem vt eos ad profitendum cogant; & cogere ad profitendum aliud est, quam ad professionem admittere, vel rejicere, & a diuersis non fit illatio. l. Papinianus ff. de minor. cap. ad audientiam, de decim. praesertim cum annus nouitatus, admissio, & receptio sint in fauorem recipientium, & recepti statuta, & ideo non sunt contra vtriusque consensum retorqueunda, quod etiam in aliquibus religionibus obseruatur.

DECISIO XIII.

Ex cons. 13. alias 45. de Homicid.

13 Episcopus cum homicida voluntario non solum quoad beneficium obtentum dispensare potest, cap. 2. de cler. pug. in duello, & asserit Nau. in Man. cap. 17. nu. 239. quia cum iura in d. cap. 1. de cleric. pug. in duello generaliter dant Episcopo facultatem dispensandi cum homicida quoad beneficium, non sunt restringenda ad beneficium simplex tantum, eo quod dispensandi facultas est fauorabilis & amplianda, cap. fina. de Simonia, licet dispensatio sit odiosa; Ad beneficium autem curatum de nouo habendum, vel ad ordines sacros, cum eo episcopus dispensare nequit, c. 1. & 2. de cleric. pug. in duello.

DECISIO XIV.

Ex cons. 14. alias 4.

14 Episcopus noue creatus beneficiarium suum subditum, ad ostendendum titulum sui beneficii, quod pacifice vel 40. vel 30. vel 20. vel etiam decem annos possedit, cogere nequit; immo ex sola pacifica possessione beneficii, saltem cum fama tituli, tanto tempore, beneficiarius in beneficio ius habere censetur, & titulus verus praesumitur; Arg. reg. 33. Cancellario siue de trien. possess. & ex sententia Inno. & Host. in c. illud, de praesump. & in c. licet Hen. de Simon. & Fel. ibi. quia cum Episcopi visitando inquirere soleant de titulo beneficiariorum, c. ordinarij, de offic. ordin. in 6. non est praesumendum, quod ipsi met subditum quoad curata permittent tali cursu temporis retineri Ecclesiam absque canonico titulo; Et qui a diuersis tueri videntur sententiam, videlicet Glof. vlt. in c. 1. de reg. iur. in 6. & in c. contingit, de doct. & contum. intelligi debent de beneficiario, qui nec titulum verum, nec longi temporis possessione praesumptum ostendere valet.

DECISIO XV.

15 Episcopus possessorem decennale beneficiorum incompatibilium, seu execrabilem illi est, illum qui beneficia incompatibilia tenet contra Extrauaganem, Execrabilis. Ioan. XXII. vel ad exhibendum dispensationem, qua ea iuste retineat, vel ad iurandum, quod credit bona fide se obijurasse canonice praedicta beneficia, cogere potest; c. ordinarij, de offic. ordin. in 6. & Conc. Trid. sess. 7. c. 5. de ref. atq; Pan. & Host. in c. licet Hen. de Simon. quamuis si Episcopus defectum tituli, aut quod illa canonice non possideat, probare voluerit, hoc potius, quam illud praedictare debet.

DECISIO XVI.

Ex cons. 15. alias 22. de poenit. & remiss.

16 Vicarius Generalis Episcopi facultatem absoluedi a casibus reseruatis, quam dat ei Episcopus, siue Vicarius Sacerdos sit, siue non sit alijs sub delegare potest, cum Vicarij iurisdictione ordinaria sit, c. Romana, de sen. exc. in 6. & gl. ibi. & data ad vniuersitatem causarum, & ideo dictas reseruaciones auferre vel remittere, vel alijs potestate ad absoluedum sub delegare valet.

DECISIO XVII.

Ex consilia 5. in Nouis deest in antiquis.

17 Vicarij parochiali simpliciter dato, non omnes fructus sed congrua portio debetur, sed nec Episcopus etiam a principio fructus omnes eidem assignare potest, nisi omnes ad congruam portionem & sustentationem essent necessarii. Concil. Trid. sess. 24. c. 18. de reform.

DECISIO XVIII.

Ex cons. 15. in Nouis deest in antiquis.

18 Dicta Episcopo non maxime contra totam civitatem discretionem magna egerere non debet, Arg. cap. Non solum, de regul. iur. in 6. alioquin ab eis licite appellari potest; Illa autem edicta, quae ad denunciandum aliquid proponuntur, eos non obligant qui rem illam probare non possunt, Arg. cap. qualiter, & quando 1. de accusat. Sicut neque ea quae ad aliquid reuelandum sunt, obligant, vbi non praecessit fama, nec ante praecedentem correptionem fraternam, quam si omitti vellet, aut iuberet Praelatus visitans, peccare; sicut etiam & is qui ei obediret, vt asserit S. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 3. ad 5. secus autem, quando solum sunt ad testificandum; tunc enim obligant, liganturque qui scilicet, etiam si forem partem furti habuerint, nec probare possint, dummodo iusto metu, vel privilegio vel alia iusta de causa a testificando non excusentur, cap. 2. de testib. cog.

TITVLVS XIX.

De officio iudicis.

SYMMARIVM.

1 Index, qualiter ex officio contra notatos procedere valeat.

DECISIO I.

Ex cons. vnico in vrsisque.

1 Index licet ex officio inquirere possit generaliter de criminibus sui territorij, nulla expressa persona; cap. 1. de offic.

offic. ord. inquirere tamen non potest contra aliquem particularem nisi per talem generalem inquisitionem fuerit notatus, vel nisi procedentem saltem fama iudicialiter contra illum probata coram ipso; cap. qualiter & quando, 2. de accusat. unde nec debet, nec potest index inquirere contra actorem de usura in contractu commissa, ex officio, ob id solum, quod petat executionem instrumenti, quo alter se ei obligavit ad restituendum centum mutuo accepta, & quinque pro interesse pro tempore, in quod illa accepit, cum per presentationem talis instrumenti non constet ei notorie, neque per famam, de tali usura; quandoquidem licet mutuant & mutuario a principio super interesse probabili convenire, ut ait Nau. in Man. cap. 17. no. 111. praeferat quam de interesse Cambiorum, propter no- tam Pij V. prohibitionem in bulla qua incipit. In eam, e- dita anno 1570. Constit. 148.

TITVLVS XX.

De Maioritate & obedientia.

S V M M A R I V M.

- 1 Dignitas, Episcopalis decorata, alijs eiusdem nominis maior.
- 2 Abbas privilegiatus mytra, & baculo, quosnam precedat.
- 3 Vicarius Episcopi, de iure omnes preter episcopum precedit, quamvis contraria consuetudo prevalere possit.
- 4 Prior Collegiatus, quando Canonici Cathedralis precedat.
- 5 Exorcismos arreptitorium, inferior a Papa prohibere non potest.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 5.

Præpositus Ecclesie collegiatae post alias collegiatae erectae cui postea a Papa insignia Pontificalia, & facultates conferendi prima tonsuram, Benedicendi, & alia ad Pontificiam dignitatem spectantia, conferuntur, licet in processibus conventualiter cum suo Capitulo, & conventu simul incedens, post alios Præpositos ecclesiarum collegiarum prius erectarum, stare, & sedere debeat: in actibus tamen extra processiones, & separatis a Capitulo, seu conventu, in quibus vitur insignibus episcopalibus, alios omnes Præpositos etiam prius institutos, qui talibus insignibus uti non possunt, precedere debet; Cum inter dignitates eiusdem rationis, & ordinis censenda sit maior alijs illa, & maiori honore digna, quae insignibus episcopalibus est decorata, quam alia similis, eis destituta, cap. Apostolicae, de privileg. & maioritas dignitatis præponderat prioritati promotionis: cap. Placuit, §. Isidorus, d. 16. qua ratione episcopus factus Archiepiscopus præcedit episcopum ante ipsum factum Episcopum; & Canonicus factus Archidiaconus, vel alia dignitate præditus, alium prius factum Canonicum præcedit.

DECISIO II.

Ex conf. 1. alias 3.

Abbas privilegiatus, ut mytra, baculo, & alijs insignibus episcopalibus uti possit, carens autem collegio Monachorum; Archidiaconus Ecclesie Cathedralis, & alia dignitates episcopo inferiori precedere debet; Capitulum autem Ecclesie Cathedralis collegialiter sedens, vel incedens, non precedit.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 1.

Vicarius Generalis episcopi, etiam si sit vnus de Capitulo, quamvis iure communi attento omnes præter episcopum, tam absentes, quam præsentem Episcopum, cuius est Vicarius precedat, de consuetudine tamen contraria, quæ & rationalis est, & in præscriptione fundatur, omnes antiquiores in promotione, Vicarium Episcopi

pi præcedunt: consuetudo autem rationalis præscripta, contra quodcumque ius humanum valet, cap. fin. de consuetud. Immo & Archidiaconus, sius Decanus, & Præfatus, ipsum etiam Episcopum suum præcedit, quando ut Canonicus, capitulo interest. gloss. in cap. collatione, de appellat. in 6. & communis in cap. Ecclesia, de præbend. in 6.

[Panorm. consi. 21. primæ partis. Felyn. in capitu. statuumus, colum. 1. de maioritate & obedient. volunt Vicarium præcedere debere non obstante consuetudine in contrarium.]

DECISIO IV.

Ex conf. 4. in versibus.

Prior Ecclesie Collegiatae, qui etiam est Protonotarius, & Doctor, Viriisque, iur. & etiam Canonicus Ecclesie Cathedralis eiusdem civitatis, in qua est illa Ecclesia collegiata, quamvis Canonicos & dignitates Ecclesie Cathedralis, eiusmodi qualitates non habentes, temporibus, & locis, in quibus non sedent, aut incedunt collegialiter, sed singulariter tantum, præcedit; Canonicis tamen eiusdem Ecclesie Cathedralis collegialiter manentibus, vel incedentibus, stare, sedere, vel incedere debet in eo loco, in quo deberet, si non esset Prælatus, nec Prior Ecclesie Collegiatae, nec Protonotarius, nec Doctor; quia Canonicus habens maiorem dignitatem, vel qualitatem, quam alij Canonici cum manet inter eos collegialiter congregatus, ut Canonicus in loco, qui ei competit ut Canonico, manere debet, cap. Postulatis, de concessio. præbend. Domin. & Francus in cap. collatione de appellat. in 6. Sicut etiam Abbas Monasterij Capitalum Ecclesie Cathedralis manens, vel sedens collegialiter non precedit quamvis eos qui sunt Capituli, siue sint Canonici, siue dignitates cum singulariter manent, vel incedunt, præcedit, cap. decernimus, de iudic. & Panormitan. & Decibidem.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 6. de offic. iud. ordin.

Quamvis exorcismus præcedens baptismum per rationabilem consuetudinem solis Sacerdotibus baptizaturis reservatus sit, ut ait S. Thom. 4. dist. 6. q. 2. art. 3. quæst. 3. Arreptitorium tamen, seu a demonijs obsessorum exorcismus ad solos Sacerdotes, saltem ab infirmitate Papa restringi non potest, cum Christiani omnes iure Divino potestatem eiicendi Demonia, & ea increpatorie adiorandi habere videantur, ut patet ex illo Marci, 16. quam inferior Papa tollere nequit; argumen. cap. 2. de Maior. & obed. imò nec ipse Papa in totum saltem sine iusta causa, c. Sunt quidam 25. quæst. 1. & Inno. in cap. cum ecclesia, de constitut. potest tamen episcopus, ne quis in ordinatè, ac immodestè huiusmodi potestate utatur, statueret; immo etiam eos ad aliquas ceremonias in exorcizandis servandas restringere potest.

TITVLVS XXI.

DE Pactis.

S V M M A R I V M.

- 1 Præstationes immemorales, quæ debita, vel in debita præsumantur.
- 2 Promissio legitima sine metu, & dolo facta, servanda.
- 3 Dux Militum numerum minorem conducens, vel aliqua pretio introducens, iniuste acceptum restituere tenetur.
- 4 Matrimonium apud infideles validè contractum per baptismum non dissolvitur.
- 5 Regularis simplex, nisi de superioris sui licentia obligari nequit.
- 6 Debitor, si ad pinguiorem fortunam perveniat, minori parti, quæ recusavit debita sua remittere, restituere non tenetur.

C 2 DE.